

## De Sancto

## Vincentio

monilia. id est lucida et virtuosa exempla  
Dam. x. Corpus eius quasi celsitudo  
Quarto ponit ex parte utriusque affectus  
 copula iugalitatis cum dicitur. uxor agni.  
 In duobus quidem mutuo participant. scilicet  
 in coniunctione cum dicitur. uxor. In nomine cum  
 dicitur agni. Est autem in omni matrimonio  
 triplex coniunctio. Una est per sensum  
 amorem. Alia per coniunctionem corporum.  
 Tercia per indissolubilem coniunctionem am-  
 borum. Alia triplici coniunctione est coniunctus  
 christus agni. et ipsa sibi per mutuam cari-  
 tatem. Unde ait. Non ergo potero ad com-  
 munionem prioris amatoris alium aspicere  
 cum quo sum caritate coniunctus. Canti. v.  
 Ego meo dilecto. et dilectus meus mihi  
 per naturam conformitatem. quia sicut dici-  
 tur Hebr. ij. Non solum angelos apprehen-  
 dit. sed semetipsum abrahe apprehendit. Un-  
 de ipsa dicit. Jam amplexibus eius castis  
 astrita sum. iam corpus eius corpori meo  
 sociatum est. Per inseparabilitatem. quia christus  
 eam sibi eternaliter copulauit. Ille. xxi.  
 In caritate perpetua dilexi te. Secun-  
 dum communicat in nomine. quia ille agnus  
 et ista agna. Agnus autem dicitur ab ag-  
 noscendo. quia per ceteris animantibus ma-  
 gis agnoscit. Sic christus semetipsum agnouit ab in-  
 fantia per humilem obedientiam subiectionem.  
Luce. ij. Erat subditus illis. In iuuentu-  
 te per suae petitionis adimplendum. quia ad  
 preces matris aquam in uinum in nuptiis  
 permutauit. In morte per curam et passionem  
 quia ipsam Iohannem commendauit. Post  
 mortem per sui apparitionem. quia ut creditur  
 sibi primo apparuit. Sic beata agnes spon-  
 sum suum cognuit invita per fidem et deuotionem  
 Unde ait. Ipsi soli seruo fidem. ipsi me  
 tota deuotione committo. In morte per pas-  
 sionem. Unde in igne posita dis-  
 citur. Te piteor labijs et corde. et tonis vis-  
 ceribus percipisco. Post mortem nunc cogno-  
 scit per apertam uisionem. Bene dicit et  
 go. Ecce iam quod credidi uideo. quod spe-

raui iam teneo. et quod percipui amplector.

**De sancto Vincentio martire.**

Sermo primus.

**Q**uod tamen forte dedit illi et vince-  
 ret Sapientia. x. Inter ceteros mar-  
 tires beatus Vincentius certa-  
 men forte sustinuit. quod tamen fortiter supe-  
 raui et uicit. Habet autem duplex certa-  
 men. Unum cum ualerio episcopo. Aliud  
 ipse solus sine episcopo. Ipsi autem duo  
 in iusto certamine tria tela sustinuerunt. scilicet  
 iniuriam carceris. molestiam famis. et mi-  
 seriam mortis. quia dicianus eis mortem  
 minatus est nisi ei consentirent. Sed ista  
 tria uicerunt per tria arma que habuerunt.  
 Nam primum telum uicerunt per leticiam  
 spiritualem. Unde dicitur de eis. Valerius  
 episcopus et leuita vincentius in confessione  
 fidei alacriter cucurrerunt. Et exemplo  
 apostolorum. de quibus dicitur Actuum. v.  
 Ibant apostoli gaudentes etc. Secun-  
 dum uicerunt per patientiam singularem.  
 quia non murmurauerunt sed patienter et for-  
 titer famis molestiam tolerauerunt. Eccli. ij.  
 In humilitate patientiam habet. Tercium  
 certamen uicerunt per aptam fidei confessionem.  
 Unde enim vincens dixit diciano de  
 mandato ualerij. Reprehendendum apud christi-  
 nam prudentiam esse cognoscere diuinitatis  
 cultum abnegando blasphemare ad Ro. x.  
 Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio  
 fit ad salutem. Secundum certamen ipse so-  
 lus habuit. in quo certauit uiuus et mor-  
 tuus. Uiuus autem habuit triplex certamen  
 Unum in eculeo. Aliud in ignis incendio.  
 Tercium in carceris ergastulo. In eculeo  
 fecit eum dicianus toto corpore discendi. di-  
 stentum diuersis uulneribus cruciari. crucia-  
 tum fereis pectinibus dilaniari. et carnifices  
 ad crudelius sciendum uerberibus secum geri  
 Sed ista quatuor tela que sustinuit uicit per  
 tria. arma que habuit. Primum fuit uoluntas  
 parendi. Unde dicebat. Hoc est quod super opus  
 tua uirginis omnibus percipui. ij. Corin. xij.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.  
 Secundū erat pstantia sufferendi. vnde  
 ait. Videbis me dei virtute plus posse dū  
 torqueor q̄ possis ipse qui torques. ⁊ iō  
 illud qd̄ dixerat Job negatiue potest ipsi  
 puenire affirmatiue Job. vi. Nec fortitu-  
 do lapidū fortitudo mea. neq; caro mea  
 enea est. Ipse enim habuit fortitudinē la-  
 pidis q; tormētis nō cessit. ⁊ fortitudinē  
 eris. q; dei laudes resonant. Tercū erat  
 magnanimitas ptenendi. q; tyrāni iram  
 ptenebat dicēs. Cum mihi irasci magis  
 putas modo melius incipis misereri **Iu-  
 dith. ix.** Da mihi in animo pstantiam vt  
 ptenā illum. Quartum fuit desiderium  
 ampliora supplicia patiendi. vnd̄ dicebat  
 Hoc solum valde metuo quia te fingis  
 mihi velle misereri nolo vt aliquid minu-  
 as de supplicijs vt te vicum in omnibus  
 fatearis. vñ dixit de eo **Prudentius.** Ri-  
 debat hic miles dei manus cruētas incre-  
 pans q; fixa nō pfundius intraret artus  
 vngula Job. vi. Qui cepit me ipse cōte-  
 rat soluat manū suā ⁊ succidat me. Se-  
 cundū certamen habuit in craticule incē-  
 dio. vbi totū corpus vnicuius ferreis ape-  
 rit. ardentes lamine infigunt. sale ignis  
 aspergit. tela ad viscera ⁊ extra iaciuntur.  
 Sed ista quatuor vicit p quatuor arma  
 que habuit. Primū erat oratio deuota.  
 vñ dicit **Sursū erectis luminib; dñm  
 precabatur Eccl. xxxix.** Aperiet os suum in  
 oratione. Secundū fuit magna mētis con-  
 stantia. vñ dicit **Inter hec manet immo-  
 bilis ille dei seruus. Iobi. ij.** Immo-  
 bilis in dei timore pmanet gratias agens deo.  
 Tercū fuit caritas ignita. vñ dicit **Am-  
 bro.** Torquet vincenti? tendit flagellat  
 erurit. sed inuictus p scō nomie animus  
 nō erunt plus ardens igne celi q̄ ferri.  
 Ignis celi est ipsa caritas q; in corde vini-  
 centij sic ardebat. q; ignem exteriorē fri-  
 gidū faciebat. **Psal.** In meditatione mea  
 exardescit ignis. i. caritatis dine. Et locū

meū sum in lingua mea s; pfectionē fidei  
 christiane. Quartū fuit pscientia sincera  
 p quam in omnib; intēdebat placere deo  
 nō mūdo. vñ dicit **Ambro.** Plus voluit  
 vincentius placere deo q̄ foro. plus di-  
 lexit mori in dño q̄ viuere in mundo. i.  
**Thimo. ij.** Nō quasi hominib; placētes  
 sed deo qui pbat corda nostra. Tercū  
 certamen habuit in carceris ergastulo. nā  
 tyrānus fecit ipsum in obscuro carcere in-  
 cludi. testas ibi acutissimas pgen. In li-  
 gno pedes affigi ⁊ sine omni humano so-  
 latio relinqui. Sed ista quatuor xp̄us in  
 gloriam pmutauit. q; carcerem obscurū  
 luce ineffabili illustrauit florib; amenissi-  
 mis carcerem aspsit. pedes resoluit. socie-  
 tatem angelicā destinauit. nec mir; Ipe  
 nāq; habuit vitam lucidā ideo nō debuit  
 in obscuro sed in luce manere. **ij. Cor. xj.**  
 Que societas lucis ad tenebras. habuit  
 pscientiam floridā. ideo nō debuit fulcui  
 aspirare testar; sed suauitate flor; **Can. ij.**  
 Fulcite me floribus ⁊ c. Habuit affectū  
 liberam. non cum terrenis ligatam. Ideo  
 non debuit habere pedes ligatos sed solu-  
 tos. Pes enim anime scdm **Augusti.** est  
 affectus anime. **ij. Reg. ij.** Manus tue  
 nō sunt ligatę ⁊ pedes tui nō sunt ppedi-  
 bus aggrauati. Habuit vitā angelicā  
 iō debuit societate āgelica decorari **Dan.**  
**ij.** Angelus domini descendit de celo cui  
 anania ⁊ socijs ⁊ c. Secundo vincentius  
 vicit mortuus. voluit quidem datianus  
 corpus eius a feris in terra tenorari. ab  
 auiibus in aere lacerari. a piscib; in mari  
 psumi. Sed angelus dñi corpus a feris  
 custodiuit **Ero. ij.** Ecce ego mittam an-  
 gelum meum qui custodiat te ⁊ pcedat  
 te in via. coruus auēs abegit **Un** poterat  
 dicere insipienti datiano **Job. xij.** Inter-  
 roga iumenta ⁊ docebunt te volatilia celi  
 ⁊ indicabunt tibi. Mare corpus eius ad  
 litus remisit **Sap. xij.** Dedisti in mari  
 viā. ⁊ inter fluctus semitā fortissimā.

## De Sancto

## Vincentio

**D**e eodem Sermo. ij.  
**V**incenti dabo manna abscondi-  
 tum et dabo illi calculum candidum  
 Apoc. ij. Nomen victoriae nulli  
 melius convenit quam Vincentio. qui rex noster  
 victor fuit. In verbis premittis duo po-  
 nuntur. Primo pugna cum victoria cum  
 dicitur. Vincenti. Secundo retributio cum eter-  
 na gloria. cii. s. subditur. dabo manna ab-  
 sconditum. **C**irca primum notandum quod  
 sicut dicit augustinus in li. de correptione et gra-  
 tia. Sancti martires pugnant contra mun-  
 danos timores. immundos amores. et er-  
 rores falsos. Contra istas tres acies san-  
 ctus Vincentius pugnavit et vicit. Pri-  
 mo enim vicit mundanos timores. omnia  
 adversa etiam supplicia premittendo. **U**n-  
 de dicit. Videbis me de virtute plus pos-  
 sedum torquere quam possis ille qui torquet  
 Ezechiel. ij. Ut adamante et silicem dedi-  
 faciem tuam. **I**her. j. Ego quippe dedi te  
 columnam ferream et in murum eneum. Ex  
 quibus verbis patet quod instantia Vincentii fu-  
 it instar adamantis. silicis. ferri et cris. **A**d  
 amas autem sicut dicit glossa ibidem. est  
 in honorem. et quis cum auro ponatur tamen  
 inde non extollitur. **S**iler autem est in con-  
 culationem. et tamen non frangitur. **F**er-  
 rum autem omnia domat. et es repulsus  
 resonat. Sic beatus Vincentius fuit a deo  
 fortis quod nec dariani blanditijs vel fauo-  
 ribus potuit inclinari. nec tormētis vel sup-  
 plicijs terri. sed potius eorum malicia du-  
 nis reprehensionibus edomabat. et percus-  
 sus dei laudem resonabat. **I**stam autem  
 eius fortitudinem tria ostendebant. s. con-  
 stantiam in animo. **U**nde dicit. Videbis  
 me plus posse dum torquor quam possis ip-  
 se qui torques. **F**iduciam in verbo. **Au-**  
 gustinus. **T**anta in Vincentio asperitas penarum  
 seniebat in membris et tanta securitas in  
 verbis resonabat. ut putaremus alium lo-  
 qui. et alium torqueri. **E**t vere sic erat **C**a-  
 ro enim patiebatur. et spiritus loquebatur.

**T**ercium fuit patientia in supplicijs. **I**te  
 habebat Vincentius in sermone fiducia  
 in passione tolerantiam. **N**emo de corde  
 suo presumat. quod bona prudenter loquimur  
 ab illo est. non nostra sapientia. et ut mala for-  
 titer perferamus ab illo est. non nostra pati-  
 entia. **S**ecundo immundos amores vi-  
 cit corpus suum cum omnibus virtutibus mor-  
 tificando. **C**olosens. ij. Mortificate mem-  
 bra vestra que sunt super terram. **R**oma.  
 xij. Curam carnis ne secertis in desider-  
 iis. **E**t bene dicit. in desiderijs. Est quedam  
 cura carnis viciosa de qua dicitur hic. **E**t  
 quedam virtuosam. de qua ad **G**alat. v.  
**Q**ui autem sunt Christi carnem suam cruci-  
 fixerunt cum vitijs et concupiscentijs. **Q**ue-  
 dam indifferens. de qua dicitur **E**phe. v.  
**N**emo carnem suam unquam odio habuit.  
**P**rimam autem curam carnis sanctus Vin-  
 centius abhorruit. **S**ecundam fortiter te-  
 nuit. de tertia pacem curavit. **T**ercio vicit  
 falsos errores. omnes mundi fallacias evi-  
 tando. **M**undus enim habet triplicem fal-  
 sam sapientiam. scilicet nocturnam. fanta-  
 sticam. et umbraticam. **N**octurnam habent  
 illi qui ad instar noctue fugiunt lucem vir-  
 tutum. et diligunt tenebras viciorum. **I**o-  
 hannis. ij. **Q**ui male agit odit lucem. **I**-  
 stam falsam sapientiam Vincentius vicit.  
 quia vitia tenebrosa abhorruit. et luce vir-  
 tutum sepestuit. **I**uxta illud ad **R**oma.  
 xij. **A**bstinamus ergo opera tenebrarum. et in-  
 duamur arma lucis etc. **F**antasticam sa-  
 pientiam habent illi qui tamen bona presen-  
 tia diligunt que non sunt bona essentialiter  
 sed apparenter. **E**ccl. xxxij. **S**icut pru-  
 rientis cor tuum fantasiam patitur. nisi ab  
 altissimo fuerit emissam visitatio. **I**stam sa-  
 pientiam fantasticam Vincentius vicit. quia  
 licet esset archidiaconus in honore mag-  
 no constitutus. tamen omnia presentia respuit  
 et contempsit. et bona celestia que sunt bona ve-  
 raciter percipuit. **U**mbraticam sapientiam habuit  
 illi qui instar equi umbratici pericula falsa ti-  
 met.

## De Sancto

ment. vera tamen non timent. **T**ribulatio-  
nes enim presentis vite sunt quasi quedam  
vmbres futurarum penarum picture. **B**eatus  
autem vincens istam vmbra-  
m vicit. quia perites penas precepit. et ideo  
futuras evasit. **U**nde dicere poterat illud  
sapientie. **xy.** Non enim in errore induxit nos  
hominum male artis excogitatio. nec vmbra  
**P**icture labor sine fructu. **S**ecundo ponitur  
eius retributio cum gloria eterna cum dicitur.  
**D**abo tibi manna absconditum et calceum  
candidum. **P**er manna intelligitur beatitudo  
dicitur autem anime persistit in dei cognitione  
et dilectione cogniti. et dilecti perpetua retenti-  
one. **S**ignificatur autem beatitudo anime per  
manna ratione saporis. immutationis et nominis  
**N**am in sapore intelligitur dei cognitio. **S**i-  
cut enim dicitur **E**xo. **xyj.** sapor mane erat  
quasi simile cum melle. **S**imile de terra ori-  
tur. mel celesti rore generatur. et ideo per simi-  
lam christi humanitas. per mel eius divinitas  
intelligitur. **P**erfecta autem cognitio persistit  
in visione humanitatis et contemplatione di-  
vinitatis. **J**ohan. **xyj.** **N**ec est vita eter-  
na ut cognoscant te solum verum deum etc.  
**P**erfecta autem dilectio intelligitur per mani-  
na ratione immutationis. immutabat ei pa-  
latum et omnem sorem. ut habet **S**apientie.  
**xyj.** **B**eati enim ad quodcumque se converterunt.  
ibi dulcedinem inveniunt. nam pervertendo se  
ad deum delicias infinitas hauriunt. **C**on-  
vertendo se ad angelos vel sanctos siue celu-  
m novum et terram novam ibi suavitatem in-  
veniunt. **S**ic enim apis ex quolibet flore rorem  
sugit unde mel proponit. sic beati ex quali-  
bet re materiam sue dilectionis inveniunt  
de dulcedinem assumunt. **E**terna autem posses-  
sio cogniti et dilecti intelligitur per manna  
ratione nominis. **D**icitur enim a manibus quod so-  
nat quid est hoc. et est verbum admirationis  
siue congratulationis. **B**eati enim admirabun-  
tur de tanta dei liberalitate. et congratulabun-  
tur de perpetua sua eternitate. **I**sa. **xl.** **T**unc

## Vincens

videbis et affluens et miraberis cor tuum et di-  
laraberis etc. **P**er calceum autem significa-  
tur glorificatio corporis. **C**alculus namque  
qui secundum aliam translationem dicitur marga-  
rita siue carbunculus qui est parvus. in  
quo notatur subtilitas. est rotundus. in quo  
notatur agilitas. est lucidus. in quo notatur  
claritas. et est solidus. in quo notatur eter-  
nitas. **D**e hijs quatuor donis corporis  
dicitur **S**apientie. **ij.** **F**ulgebunt. ecce claritas.  
iusti. ecce immortalitas. quia sicut dicitur  
**S**apientie. **j.** **I**usticia perpetua est et immortalis.  
**T**anquam scintille. ecce subtilitas. in arduis  
neque discurrent. ecce agilitas.

**D**e eodem. Sermo. **ij.**

**U**bi et ecce equus albus. et qui se-  
debat super eum habebat arcum et  
data est ei corona et eruit vincens  
ut vinceret. **A**poca. **vj.** **B**eatus vincens  
dicitur equus dei in quantum nomen dei pre-  
dicando portavit. **E**t dicitur miles dei in quan-  
tum de hostibus triumphavit. **I**n verbis  
autem premissis primo describitur iste equus  
dei. **S**ecundo iste miles dei. **E**quus autem  
describitur a duobus. **P**rimo a fortitudine  
in eo quod vocatur equus. **J**ob. **xxix.** **N**uncquid  
prebebis equo fortitudinem. supple non nisi  
ego. **S**ecundo a pulchritudine cum dicitur.  
albus. **F**ortitudo autem istius equi apparet  
quia portavit magna pondera. magna super-  
plicia. magna quidem numerositate. acerbi-  
tate et duritiam. **F**uerunt namque eius  
supplicia multa et ponderosa ac numerosa  
sicut patet in legenda. ut possit dicere cum  
propheta. **O**mnes fluctus tuos induxisti  
super me. **I**dem. **S**uper dolorem vulnorum  
meorum addiderunt. **J**ob. **xxj.** **C**oncidit me  
vulnere super vulnus. **F**uerunt etiam in  
magna acerbitate. **U**nde poterat dicere. **ij.**  
**N**achabeorum. **vj.** **D**omine qui habes san-  
ctam scientiam tu manifeste scis quia du-  
ros in corpore sustineo dolores. non tan-  
tum duos. sed duriores et durissimos.

## De Sancto

Duros qz in craticula affabaf. duriores qz tela ad viscera iaciebant. durissimos. qz ossa frangebant. Fuerunt enā magna in magna diuturnitate. qz nō fuit decapitatus. nec subito mortuus. sed nouis supplicijs reseruatus. **Psal.** Dolor meus renouatus est tē. **Ecclē. xv.** Quare scūs est dolor meus ppetuus. i. diuturnus et longus. nōdet dominus. Si sepaueris preciosum a vili quasi os meū eris. ac si dicat. Ideo ista pateris vt aīa tua preciosa a vili corpe sepetur et mihi familiaritate iungatur. Quia igit sic fuit fortis ad portandum supplicia tam multa. tam acerba. tā diuturna Ideo exclamat prudētius Miles inuictissime fortissimoz fortior. Jā te seua et aspera tormenta tremunt victorem. **Secdo** describit iste equus a pulchritudine cum dicit. albus. in quo osiditur qd fuit a xpo speciali amore dilectus **Cant. v.** Dilectus meus candidus. qz fuit xpi sanguine dealbatus. **Apoca. xxiij.** Lauēt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguine agni. qd est familie xpi ascriptus. **Apoc. iij.** Ambulabunt mecum in stolis albis. Et qd est in quadriga tertia collocatus. Nam sicut dicitur **zacha. vi.** In quadriga prima suūt equi rufi. i. martires In secunda equi nigri. i. p̄fessores se p penitentiam demigrantes In tertia equi albi id ē virgines innocentes. Beatus autē vincētius in hac triplici quadriga fuit. qz sanguinem suum fudit. et se in penitētia marcerat. et in innocentia se p̄seruauit. **Secdo** describit miles et maxime a quinto. Primo a noīe cum dicitur. vincens. Secdo ab officio siue ab arte. cū dicitur. Habet arcū Tercio a cordis magnanimitate cum dicitur. exiit vincens. Quarto a finali et recta intentōe cū dicitur. vt vincet Quinto a palma victorie cū dicitur et data est ei corona. **Circa** primū notandum qd ip̄e habuit nomen celebre. i. victoriosū qz vincens siue vincētius est appellatus

## Vincentio

**Ruth. iij.** Hēas nomen celebre in bethleem. id est in ecclesia militanti et triūphāti. **1. Paralipo. xj.** Ipse erat inter tres nominatissimus. et inter tres secundus et inclitus. Tres nominatissimi sunt martires. p̄fessores et virgines. Ipse enim est nominatissimus inter martires. qz durissima supplicia pertulit. Inter p̄fessores. qz fidem christi p̄stantissime p̄fessus fuit. Et inter virgines. qz sincerissimam puritatem seruauit. Sed parum esset si miles haberet nomen celebre. et non exerceret officiū militare. Ideo secundo p̄mendatur ab officio siue arte cum dicitur. Habet arcū. Habet enim iste miles officium sagittandi. ideo vnā sagittam iecit in deum que fuit sagitta deuore orōis. Unde dicitur. Erexit in celum luminibz dominū precabatur. **ij. Regum. j.** Sagitta ionathē nūq̄ abiit retrorsum. Tunc enim sagitta retrorsum abiit. quando orō a deo recedit. Secundam iecit in seipsum. que fuit sagitta diuini timoris. quo carnem suam p̄fixit. **Psal.** Confige timore tuo carnes meas tē. Terciam iecit cōtra dyabolum. que fuit sagitta humilitatis. qua ipsum superbus grauer vulnerat. **Psal.** Tu humiliasti sicut scilicet vulneratum superbum. **Isay. lj.** Nunquid nō tu percussisti supbum. vulnerasti draconē. Quartam iecit p̄ra tyrannum. que fuit sagitta dure increpationis. **Psal.** Sagitte potentis acute cum carbonibz desolatorijs. Ista enim sagitta fuit potens. quia iram tyranni nō timuit. Et fuit acuta qz eius cor medullitus penetrant. Et fuit accensa. quia zelo dei hoc fecit. Sed multoz sagitte sunt debiles p̄pter timorem. et retruse p̄pter priuatum amorem. et frigide p̄pter reli remissionem. Sed parum p̄desset si miles haberet officium militare. ipsum tamen nūq̄ exerceret. nec ad bellum procederet. Ideo tercio p̄mendatur a cordis magnanimitate cū dicitur. Exiit

g. iij.

## De Sancto

sq; ad certamē. Sunt autem tria que militem retrahūt ne ad bellum pcedat. Aut amor inordinatus sui. aut timor cuiuslibet aduersi. aut defectus exempli. iō dñs milites suos admonēs dicit **Luc. ix.** Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Ecce qz nō debz diligere sed despicere seipsum. et tollat crucem suā Ecce qz nō debet timere aliquod aduersum. Et sequat me. Ecce gloriosum exemplū. Ista tria retrahētia nō habuit vincentius. vñ dicit **August.** Quid em̄ mirū si in illo vicit vincentius a quo victus est mundus Ecce exhibitū exemplum. Deinde ponit alia duo dicens duplicem aciem mūdus pduxit cōtra milites christi. Blandit em̄ vt decipiat. Terret vt frangat. nō nos tenet ppria volūtas. nec terreat aliena crudelitas et victus est mūdus. sed vilis miles esset qui ad bellum pcederet et ibi nō intenderet vincere sed expoliari. **I**deo quarto cōmendat a finali et recta intētiōe cum dicit. **Vt vinceret.** Nō ēi vincētus affectatur spolia mūdi. sed m̄m vinceret ad gloriā dei. Et ideo in cibo victor fuit. **Nā** vicit in aere. in eculeo extensus. **V**icit in igne sup craticulam positus. **V**icit in terra. in testis acutissimis inuolutus. **V**icit in aqua. in mare piectus **I**deo exclamat **Augustinus** dicēs **Beatus** vincentius vicit in verbis. vicit in penis. vicit in p̄fessione. vicit in tribulatiōe. vicit erustus. vicit submersus. vicit viuus vicit mortuus. **D**at etia; valeret si miles vincere intenderet tñ cum efficacia victoriam nō obrineret. **I**deo quinto cōmendat a palma victoriae cum dicit. **Et** data est ei corona. De qua corona dixerūt sibi angeli **Agnosce** o vincenti. qz pro cuius nomine decerasti ipse tibi coronā pparat; seruat in celis qui te fecit victorē in penis. **D**iabolus nāq; p̄tra sanctos p̄citat pugnam **I**deo dicit **Decerasti** Sed deus dat victoriā **I**deo dicit. **Qui** te victorē

## Vincentio

fecit in penis. Et post victoriā dat coronā **I**deo dicit. **I**psē tibi coronā preparat; seruat in celis. Et sic patet qd dyabolus preparat malum pugne **S**; de illo malo dicit qd deus dat bonum victoriae. Et de illo bono deus elicit sanctis optimū coronē eterne.

**D**e eodem festo. Sermo quartus

**F**ortis ē vt mors dilectio. dura sicut inferni emulatio. **Cañ. viij.** Salomon ponit quinq; fortissimas. quibz cōpar fortitudinem caritatis. **P**rimo nāq; est fortis sicut mors. iō em̄ dicit. **Fortis** est vt mors dilectio Sicut em̄ mors separat aīam a carne. sic caritas separat aīam ab omni illicito amore **F**acit em̄ triplicem separatiōem. **S**eparat em̄ aīam ab illicito amore mundi. **math. x.** **Veni** separate hominem aduersus fratrem suum. **A**b amore corporis **pp̄ij.** **Eccl. xvi.** Surrexit nathan p̄p̄eta et quasi adeps separatus est a carne. **A**b amore sui. qz tales non viuūt vita seu amore sui sed xpi. **Gal. ij.** **V**iuo ego. iam non ego. viuūt autem in me christus. **I**stam triplicē separatiōē caritas fecit in vincentio. **I**psē em̄ mūdū vicit vt cantat d̄ eo. in quo pressuram mūdi martir vicit vincentius **P**ropriū corpus prempsit. vñ dixit daciono. **T**ormenta tua non timeo. sed hoc solum timeo. qz te fingis velle mihi misereri. **ipe** enim non sibi sed christo vivit. **ij. Cor. v.** **Q**ui sibi viuūt iam non sibi viuāt. sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

**S**ecūdo caritas est fortis sicut infernus **U**nde sequit. **Dura** sicut inferni emulatio. Sicut em̄ infernus animas fortiter retinet et custodit ita qd nullam perdit. sic amor dei sanctum vincentiū tam fortiter christo vinit qd ab eo separari nō potuit. **Rom. viij.** **Q**uis nos separabit a caritate xpi. **T**ribulatio an angustia etc. **I**psē em̄ traditus est carceri vt famem maceraretur. **Eculeo** vt flagellaret. **ungulis** vt lacera

## De Sancto

retur. craticule vt affaretur. testis acutissi-  
mus vt vulneraretur. Sed sic erat deo per  
amorem colligatus q̄ nec poterat separari.  
nec mir. Ipsa enim caritas erat sibi tan-  
q̄ vinculum quo deo erat colligatus **Co-**  
**los. ij.** Sup̄ omnia autem caritatem ha-  
bere quod est vinculum p̄fectionis. Erat  
enim tanq̄m adamas per quem ad deum  
erat attractus. **1. Iher. xxxj.** In caritate p̄-  
petua dilexi te ideo attraxi te miserās. Erat  
tanq̄m radix qua deo erat firmiter radi-  
catus **Eph. ij.** In caritate radicati ⁊ sū-  
dati. **Tercio** caritas est fortis vt ignis  
qui habet virtutem incendendi. vnde se-  
quitur. Lampades eius lampades ig-  
nis atq̄ flammarum. Facit enim incēdi-  
um amoris **Luce. xlvij.** Nonne cor no-  
strum ardens erat in nobis ⁊ c. Incendū  
sermonis. **Eccles. xxvij.** Surrexit helias  
quasi ignis ⁊ verbum illius quasi facula  
ardebat. Incendium operis. **Job. xxxvij.**  
Nonne vestimenta tua. i. opera tua calida  
sunt. cum p̄stata fuerit terra austro id est  
sp̄s sancto. Auster enim est ventus calid⁹  
fecundatiuus. poror⁹ resecratiuus. q̄ sp̄s  
ritus sanctus ⁊ corda inflamat. ⁊ ipsa p̄  
bona opera fecundat. ⁊ ad diuinas inspi-  
rationes recipiendas ipsa resecrat. Istud  
triplex incendium caritas in beatorum vin-  
cio fecit. sc̄q̄ amoris in corde. Unde dicit  
Vir inclitus vincētius accensus igne di-  
uini amoris. Feruoris in ore. Unde ait.  
Erurge ex roto malignitatis spiritu de ba-  
chare ⁊ c. Et feruoris in opere. Unde dici-  
tur de ipso ⁊ de alijs quos caritas imple-  
uit **Roma. xij.** Sp̄s feruentes dño serui-  
entes. **Quarto** caritas est fortis immo  
fortior q̄ aqua. quia magis extinguit. A-  
qua enim tribulationū non extinguit cari-  
tatem. sed caritas ipsam. Unde sequit.  
Aque multe non poterint extinguere ca-  
ritatem. Facit aut̄ ipsa caritas multipli-  
cem extinctionem. Nā extinguit ignē car-  
nalis voluptatis. **Eccles. iij.** Ignē arden-

## Vincentio

tem extinguit aqua. Extinguit sitim mū-  
dane cupiditatis siue concupiscentie **Jo-**  
**han. iij.** Qui biberit ex hac aqua quam  
ego dabo ei non sitiet in eternum. Exting-  
uit aquam immissae aduersitatis. **Sapie-**  
**rix.** Ignis valebat in aqua supra suā vir-  
tutem. Sic in vincentio caritas extinguit  
voluptatem per pudiciam siue pru-  
dentiam. **Sap. viij.** Veni ad corpus cor-  
inquinatum. Cupiditatem p̄ temporari-  
tatem. **1. Cor. vij.** Qui vtunt̄ hoc mundo  
tanq̄ non vtantur. Aduersitatem p̄ pati-  
entiam. **1. Cor. iij.** Persecutionem pari-  
mur ⁊ sustinemus. **Quinto** caritas est  
fortior flumine. i. omni mundana aduersi-  
tate. Unde sequitur. Nec flumina obru-  
ent illam **Math. vij.** Descendit pluuia ⁊  
venērunt flumina ⁊ flauerūt venti ⁊ c. Est  
enim quedā aduersitas veniens a deo in-  
siste infligente. ⁊ hęc est pluuia que de celo  
descendit. Ista non potest obruere carita-  
tem. q̄ eam portat patienter. **1. Iher. x.**  
Plane hęc infirmitas mea est. ⁊ portabo  
illam. Quedam a dyabolo immitte[n]te.  
Ista est ventus qui ab aere venit. Ista nō  
potest obruere caritatē. q̄ resistit fortiter.  
**1. Pe. v.** Cui resistere fortiter fortes in fide  
sc̄q̄ opante per dilectōem. Quedā est a ty-  
ranno seuerente. Ista est flumen q̄ per ter-  
ram incedit. Ista non pōt obruere carita-  
tem. q̄ eam sustinet p̄seueranter. **1. Cor.**  
**xij.** Caritas omnia suffert. Beatus aut̄  
vincentius siue pluuiam aduersitatis im-  
missam a deo. siue ventū temptatōnis im-  
missum a dyabolo. siue flumen p̄secutio-  
nis immissum a tyranno nō tantū porta-  
uit patienter. fortiter. ⁊ p̄seueranter. sed  
etiam gaudenter. q̄ omnia mala ⁊ aduer-  
sa p̄ christo pati quendā ludum ⁊ quodā  
solaciū reputabat. Unde dicit pru-  
dentius ipsum respondisse daciano. Tor-  
menta. carcer. vngule. siccit̄ sc̄q̄ flāmis  
lamina. atq̄ ipsarū penarū vltima mors  
christianis ludus est.

g. iij.